

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Flaminius cum pridie solis occasu ad
2 lacum pervenisset, inexplorato postero die vixdum satis
3 certa luce angustiis superatis, postquam in patentiorem
4 campum pandi agmen coepit, id tantum hostium, quod
5 ex adverso erat, conspexit; ab tergo ac super caput <haud>
6 detectae insidiae. Poenus ubi, id quod petierat, clausum
7 lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit
8 hostem, signum omnibus dat simul invadendi. qui ubi,
9 qua cuique proximum fuit, decucurrerunt, eo magis
10 Romanis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex
11 lacu nebula campo quam montibus densior sederat
12 agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis
13 conspecta eoque magis pariter decucurrerant. Romanus
14 clamore prius undique orto quam satis cerneret, se cir-
15 cumventum esse sensit, et ante in frontem lateraque
16 pugnari coeptum est, quam satis instrueretur acies aut
17 expediri arma stringique gladii possent.
18 V. Consul percussis omnibus ipse satis, ut in <re> tre-
19 pida, inavidus turbatos ordines, vertente se quoque ad
20 dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur,
21 et, quacumque adire audirique potest, adhortatur ac
22 stare ac pugnare iubet: nec enim inde votis aut inplo-
23 ratione deum sed vi ac virtute evadendum esse; per me-
24 dias acies ferro viam fieri et, quo timoris minus sit, eo mi-
25 nus ferme periculi esse. ceterum prae strepitu ac tumultu
26 nec consilium nec imperium accipi poterat, tantumque ab-
27 erat, ut sua signa atque ordines et locum noscerent, ut vix
28 ad arma capienda aptandaque pugnae competeret ani-
29 mus, opprimerenturque quidam onerati magis iis quam
30 tecti. et erat in tanta caligine maior usus aurium quam
31 oculorum. ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut
32 armorum et mixtos strepentium paventiumque clamores
33 circumferebant ora oculosque. alii fugientes pugnantium
34 globo inlati haerebant, alios redeuntes in pugnam aver-
35 tebat fugientium agmen. deinde, ubi in omnis partes

36 nequiquam impetus capti et ab lateribus montes ac
37 lacus, a fronte et ab tergo hostium acies claudebat appa-
38 ruitque nullam nisi in dextera ferroque salutis spem esse,
39 tum sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem ge-
40 rendam, et nova de integro exorta pugna est,
41 tantusque fuit ardor animorum, adeo
42 intentus pugnae animus, ut eum motum terrae, qui mul-
43 tarum urbium Italiae magnas partes prostravit avertit-
44 que cursu rapidos amnis, mare fluminibus invexit, montes
45 lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. **ut in re . . .** (Z.18): welche Funktion hat dieses **ut** ?
2. Wer ist Subjekt von **vertente** (Z.19) ?
3. Welches Subjekt schwebt für **aberat** (Z.26/27) vor ?